



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XVIII. Benignitas Christi erga peccatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

EPITOMAE VERTAE CHRISTI ANN. XXXIV.

Et Pontificibus ut comprehenderetur.

Ierusalem de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. Querebant ergo Iesum, & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

CAPUT XVIII.

Benignitas Christi erga peccatores.

1. Iesum rursus mortem suam discipulis prae-dicit.
2. Sanat caecum antequam ingrediatur Iericho.
3. A Zachaeo publicano suscipitur.
4. Egressus à Iericho, duobus caecis visum restituit.
5. Sumit carnem in Bethania, ubi Maria eum alabastro unguenti effuso ungit.

1. Rursus prae-dicit discipulis mortem suam. Matth. 20.

2. Dum appropinquat Iericho, caecum sanavit. Luc. 18.

Et ascendens Iesus Ierusalem, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Ierusalem, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, caecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam praeterentem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili David miserere mei. Stans autem

Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachaeus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives; & querebat videre Iesum, quis esset: & non poterat praeter turba, quia staturâ pusillus erat. Et praecurrens, ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachae, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abraham. Venit enim Filius hominis querere & salvum facere, quod perierat.

3. Zachaeus Christus est sycomoro propinquit. Luc. 19.

Inde vocat eum Christus.

Zachaei restitutio quadrupla.

Salvum declarat Dominum.

Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa:

4. Duo ca-

Epitoma
VI
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
cos illu-
minat
Jericho
digressu.
Matt. 20

ecce duo cæci sedentes secus viâ, audierunt quia Iesus transiret: & clamaverunt dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Iesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

5.
Cena in
domo Si-
monis le-
prosi
Ioan. 12.

Jesus ergo antequam dies pasche venisset Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, & Martha ministrabat; Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Cum autem esset in Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet; Maria accessit ad eum habens alabastrum unguenti nardi, pistici, pretiosi, & unxit pedes ejus, & exersit capillis suis, & fracto alabaistro effudit super caput ipsius recubentis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non vendit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non, quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Sciens autem Iesus, dixit: Sine illam: bonum opus operata est in me: pauperes enim semper habetis vo-

Matt. 26
Maria
Magdale-
na ungit
Dominum
nardo.
Mar. 14.
Ioan. 12.
Iudas

Iscario-
tes indi-
gnatur.

Iesu Ma-
ria factum
defendit

biscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum, prævenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus. Cognovit ergo turba multa ex Iudæis, quia Iesus illic est: & venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

Iudæi
contra
Christum
& Laza-
rum con-
spirant.

CAPUT XIX.

Triumphalis ingressus ad passionem in Ierusalem.

1. Iesu insidens asino venit Ierosolymam.
2. Flet super civitatem, ejusque ruinam prædicit.
3. Vendentes & ementes eicit e templo.
4. Gentiles ipsam adeunt per Philippum. Vox de celo eum clarificat.

IN crastinum autem, cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castrum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, super quem nemo adhuc hominum sedit, solvite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicit, quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.

1.
Venit
Iesus Ier-
solymam
asinum in-
sidentem.
Ioan. 12.
Matth.
21.

Hoc